



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers 22. 23..

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

verat à pe-
cato, sed co-
firmat.

mus, quam medicus, qui vlcera fœditatem preciosa
falcia obtegit. Deinde liberitatem peccandilicentiam
populo suo, scelera aduocatus indulget. Nam pec-
cantes non à malis ipsis liberat, sed per omnia crimi-
num genera celeri passu procedentes, à pœnâ metu,
& veneno culpæ liberat; vt quaquam enormia fac-
ientes, non modo nō damnentur, sed ne iniusti qui-
dem efficiantur. Hoc non est à peccatis liberare, sed
priuilegia, impunitatem que peccantibus concedere.
Perinde ac si Mitio Sosia alicui nequissimo serualo,
postquam animo suo obsecutus est, impunitatem pō-
mittat, & caput demulceat. Qualem Deum illi co-
lunt, qui talem liberatorem agnoscunt?

§. 3. Friuolum est, quod rudiores sectariorum hoc
loco mouere solent. Solus Christus est Saluator, non
ergo innocandi sancti: Si enim & il. liberant, frustra
Christus venit.

Christus
solus Salua-
tor non ex-
cludit Sal-
uatores ad-
ministratos.

enim hoc loco monet, Apostolos in Abdia dici Salua-
tores. Aliter tamen Christus, aliter illi, Christum prin-
ceps salutis, alii administri, & de peccato es. Ita Rom.
11. 14. 1. Cor. 9. 22. 1. Tim. 4. Iacob. 5. 20. ita & Sibran-
dus l. 1. c. 2. de Christo Seruatore, Christum esse aucto-
rem & causam efficientem, Apostolos præcones. 2. Ti-
moth. 1. 9. 1. Cor. 4. 1. 2. Cor. 5. 20. Act. 10. 24. & 9. 15.
Quod si liberare annunciator & doctor potest, multo
magis præstare id possunt illi, qui pro nobis Deum o-
rant, & exorant, ipsum Saluatorem.

VERSUS 22. 23.

*Hoc autem totum factum est, ut ad-
impleretur, quod dictum est à Do-
mino, per Prophetam dicentem.*

*23. Ecce virgo in utero habebit, &
pariet filium: & vocabunt nomen
eius Emanuel, quod est interpre-
tatum, Nobiscum Deus.*

QUESTIO I.

An verba illa angeli sint, an Euangeliste?

Angelo cre-
didit Ma-
ria.

§. 1. Verba angeli non sunt, verum Euangelistæ, qui
cum rem insolitam narrasset, oraculo Isaia c.
7. 14. comprobauit. Angelus enim ipsa reuelatione
certam virginem reddebat, adhibens talia signa veri-
tatis, qualia non possunt esse falsitatis.

Hoc tamen loco Nouatores insurgunt. Nihil sine
scriptura dicendum esse; quandoquidem scriptura Matthæus
vtratur. Atqui illi ipsi tot vident in Nouo Testamento
narrationes, sine veteris citatione; vt si exemplo vten-
tur, dum esset, potius conficeretur raro scripturas vsur-
pandas; certe aliud conficere non possunt, quam vt
dicant aliquando eas recte adduci, crebrius omitti, &
recte, quia diuina id sit auctoritate.

Scripturis
vtratur E-
uangelista.

Mihi fortius argumentum contra eos effici videtur,
qui scripturas claras, & sine interprete planas esse ia-
ctant, quos hic locus abunde refutat.

Nota hac
obiectione o-
lim fuit.

Fateatur enim Caluinus hic Iudæos plusquam superbe
exultare, quia Christianorum, vel imperita, vel incuria, hæc
obiectione præterita, & sepulta fuit. Falli tunc quidem mora
enim, & soluta fuit, non tamen sine labore. Immo
sane apparet loci difficultas, quo cum Matthæus con-
tra Iudæos vtratur, illi tamen e contra io abutuntur.

Obscurus
hic locus
est.

Quocirca dicendum est: Non modo verba illa inter
Iudæos nota fuisse, verum etiam in eorum Ecclesia in-
terpretationem de Messia partu e virgine vtraturam, a-
lii qui in contumaces nihil accurate, & a veris doctis di-
ligenter instituta disputatio, non erit efficaci.

QUESTIO II.

Quis historia, & prophetia nexus apud Isaiam?

§. 1. R. Asin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ, rex
Samariæ, in exitum domus Davidicæ conspi-
rarunt. Quia fama Achaz rex Iudæ, & populus vehe-
menter consternatus est: Deus vero ad eorum conso-
lationem Isaiam misit, qui nunciaret; bono animo ef-
fesset; non enim metuendum esse à duabus caudis ri-
tionum fumantium. Adhuc enim esse annos sexaginta,
& regnum Israelis ea fata manere. Quia vero Achaz
erat obstinato ad resistendum diuinis oraculis animo;
Optionem signi cuiusunque obtulit: Petere tibi signum
à Domino Deo tuo, in profundum inferni, siue in excelsum su-
pra, Hebraice, חֲדָשׁוֹת מִיְּמֵי הַיָּמִים Haghamsch Scheala,
profunda petitionem, אוֹת וּמוֹתָיו Ouhanscheb
Lemaghala, vel exalta in excelsum. Quæ ad verbum re-
cte vertit Symmachus, ὁ δὲ ἰσχυρὸς τοῦ θεοῦ ἐστὶν ὁ ἀσπίς.
legit tamen ille חֲדָשׁוֹת addito, pro חֲדָשׁוֹת, scilicet,
Scheula, pro Scheala.

Conspira-
tionis con-
tra Ecce-
siam, etiam
peccantem
intercedit.

Obstinati
nec signis
mouentur,
nec minis.

Insignis certe Dei in regem impium beneficentia.
Postulare signum iubet siue in celo, siue deorsum, om-
nia media complexus, vt salutis fidem impio regi fa-
ceret. Achaz cum Dei bonitatem grato animo an-ple-
cti, & signum petere oporteret, perfidia sua occupa-
tus, noluit; hypocritam insuper adiunxit, v. 12. Non pe-
tam, inquit, & non tentabo Dominum: Ne hoc, vt vi-
deri volebat, in Deum pietate, & reuerentia, sed odio,
perfidiaque faciebat; Timebat enim ne si insigne ali-
quod miraculum Dominus ederet, populus P. ophetæ
crederet, atque ad Deum Patrum suorum conuer-
teretur. Totus igitur in eo erat, vt politici artibus bel-
lum, clademque auerteret; missis enim ad Theglath-
phalassar regem Assyriæ muneribus, auxilium petiuit,
dicens. Seruus tuus, & filius tuus ego sum; ascende, & sal-
uum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel. Fa-
ctum illud est, venit in rex Assyriæ, cepitque Da-
mascum, & Achaz liberauit: verum mox ex patrono
in hostem versus est. 2. Par. 28. 20. adduxitque contra eum
Theglathphalassar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, &
nullo resistente vastauit. Igitur Achaz spoliata domo Domini,
& domo regum, & principum, dedit regi Assyriorum mune-
ra, & tamen nihil ei profuit. Contempto igitur Domi-
no, lignisque repudiatis, credidit se tutum fore, si se
dederet potentiori, ideo Scriptura addit: in super &
tempore angustia sua auxit contemptum in Dominum ipse rex
Achaz, immolauit diis Damasci. Hanc illi impietatem, Hypocritæ
& pietatis simulationem Deus exprobat, v. 13. Audite Deo mole-
sto ergo domus David: Nunquid parum vobis est molestos esse ho-
minibus, quia molesti estis & Deo meo: Hebraice חֲדָשׁוֹת,
quod est laboriosa, seu arduosa molestia fatigare.
Non quod Deus fatigetur, sed vt fœditas hypocritæ os
ostendatur, vt Isai. 1. 11. facta sunt mihi molesta, laboraui
sustinens. Hinc 70. vertunt ἀποβύβας ἀγῶνας, Sym. ἀ-
πῶν, Aq. ἀποβύβας. Regi igitur dupliciter impio, qui &
idola coleret, & Dei tamen aliquem timorem simula-
ret, propheta hunc in modum loquitur. Propter hoc da-
bit vobis Dominus ipse signum: Ecce virgo concipiet, & pariet
filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.

Se sibi me-
tus, quam
Deum con-
sulturum
putabat.

Recedens à
Deo tyranni
fit man-
cipium.

QUESTIO III.

*An propter Achaz hypocritam sit datum
signum?*

§. 1. C. Vm ex sola misericordia, filium suum Deus
misit in hunc mundum, nec eum vlla homi-
num bona opera, nulla merita impulserunt, mirum vi-
deri solet; tam molesta, & fastidiosa simulatio, tan-
tum beneficii allembi: & dicitur propter hoc dabit, & pro-
pterea. Nemo tamen nō facile occurrere huic obiectio-
ni, si consideret, signum Achaz non dari in præsens,
sed

sed promitti domui Davidis, non propter Achazi im-
probritatem, sed Dei in fide promissisq; constantiam.
Quia ergo Achaz Deum contemnit, signa salutis nul-
la desiderat, Dominus sua beneficentia illam tantam
malitiam vincet. Quantumvis enim ingratius, non pe-
tentibus, non excipientibus mitter Saluatorem. Itaq;
non indicatur causa incarnationis, sed divini consilii
immobile decretum, propter quod virgo concipiet.
Vt explicatum est in Isaia.

QVÆSTIO IV.

An vere Virgo conceperit? & pepererit?

S. I. **A** pud prudētes, imo apud non contumā-
ces, quæstio locum vix invenit. Cum enim
Spiritus sanctus id asserat, non est cui homo inficietur.
Mihiveba ipsa perpendenda sunt, ne cavillationes
Judæorum speciem veri habere videantur. Etenim
cum signi alicuius illustis, quodque novitate, magni-
tudine, admirabilitate sui, animos etiam obstinatissi-
mos ad veri investigationem movere possent, optio-
nem Deus Achazo dedisset, & ille contempnisset; si-
gnum tamen promittit, domui David, conceptum,
partumq; Virginalis, signum magnum, omnium signo-
rum fundamentum. Signum igitur est **וְיָלֶד**, quo ver-
bo vitur Prophetæ, cum iubet Achazum petere, &
cum promittit Dominum datum. Signum est a Do-
mino, signum novum, quia admirationis notam ap-
ponit: Ecce virgo concipiet. At vero si virgo non conce-
pit, sed mulier, signum non est, sed vulgaris naturæ ef-
fectus. Ita de Christi humana natiuitate B. fil. item E-
piph. & ante eos Tertull. aduersum Iudæos. Sed & vir-
ginem, inquit, parere natura non patitur, & tamen cre-
dendum est Prophetæ. & merito, præsuxit enim fidem incre-
dibilis rei, dicendo, quod signum esset futurum: propterea, inquit,
dabitur vobis signum, Ecce virgo concipiet in utero & pariet si-
lum. Signum autem a Deo nisi novitas aliqua monstruosa
fuisse, signum non videretur. Denique si quando ad deiciendos
aliquos ab hac diuina prædicatione, vel conuerti singulos sim-
plices quasque gestibus, mentiri auderis quasi non Virginem sed
iuuenculam concepturam Scripturæ contineat. Hinc quoque
reueniunt, quod nihil signi videri possit res quotidiana iu-
uencula scilicet prægnans & partus.

Deinde quod Prouerbio dicebatur, vt de re mira,
& incredibili Virginem parere, id Spiritus futurum ex
omnipotentis ordinis ratione prædixit. Quo etiam eo-
rum proteruitaretunditur, qui concedunt Virginem
concepisse, sed concipiendū factam esse mulierem.
Hoc enim nec miraculum est, & eliditur illa blasphem-
ia, cum dicitur Virgo peperisse. Quæ vero ista est
peruersitas, quod si hominem loqui audiant, qui di-
cat: Virginem peperisse; Mox ita sententiam accipi-
unt, vt dicere eum iudicent; Inuiolata virginitate pe-
perisse: cum ipsi etiam rem quæ fieri nequeat ex-
primere volentes, dicunt; cum Virgo pepererit; ita se intel-
ligi putent; quid est cur Spiritus sancti verba signum
eximium proferentis, contra loquendi consuetudi-
nem ita detorqueant, vt signum nullum esse videatur?
Hebraeus textus ita clarus est, vt alio flexu non possit.
וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ Haghalma hara vaiole ad ben.
Virgo concipiens & pariens filium. Quæ cum præsentī
tempore dēcantur, non admittunt aliam expōitiōē,
quā illa, quā dicitur virgo pariens. Recte igitur I. en.
l. 3. c. 24. Theodotionem, Aquilam, Iudæos, & Pro-
felyas reprehendit, quod Virginem negarent: illi en-
im vt & Symmachus verterunt **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**, iuuen-
culam. Alii contendunt etiam **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**, non in-
gritatis, sed ætatis esse nomen. Quo ipso satis ostendit;
si fateantur virginem esse, de qua hic fit mentio; et-
iam conceptum, & partum virginis esse intelligē-
dum.

S. 2. Falso Iudæi negant **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** virginem semper
dici, & nūm illis additi nonnulli Christiani. Ne-
go enim **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** aliter, quam pro virgine in Scripturis
accipi, assentiorq; Hieronymo, ea voce non modo virgi-
nem, sed etiam cum **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** virginem absconditam indi-
care. Ita in Isa. & aduers. Iouinianum.

וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ Ghalam Hebræis est latere, celare; absconde-
re. **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** adolescens cœlebs & priuatus. 1. Reg. 17. 56.
& 20. 21. **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** Ghalma vero adolescentula, non quæ-
libet, sed quæ domi parentum diligenti cura assuetu-
tur, ne vel iacturam integritatis faciat, vel in suspicio-
nes, & dictoria maleuolentia incurrat. Summa vero
laus verecundiæ est, nō videri. Tria sunt vero in hæc
nomin. Hebræorū, **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**, **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**, **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**. Primū est
וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ Naghara. H. bræis. **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**, iuuen-
cula. Quod no-
men est ætatis, & quo inter omnes conuenit. Clarum
est exemplum. Deut. 22. 23. & v. 28. Iudic. 11. 12. vbi con-
iunguntur illa duo. **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** Nahara bethula,
puella virgo. quo satis ostenditur posse esse Naharam,
quæ non sit Bethula. Alterum est **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** bethula, vir-
ginem hoc significat, idq; non modo eam quæ in æta-
te puellari est, sed quæcūq; sit ætate. Bethulam non
semper virginem significari multi arbitrantur, sed fal-
luntur, non modo sententia D. Hier. l. 1. c. 18. aduers. Bethula
Iouinianum, sed etiam textu Scripturæ, locis iam citā-
tis, vbi cum Nahara iungitur Bethula; idq; frustra, si a-
ginem signi-
ficat. Lex diuina conceptis
vebi. tradita hoc ipsum confirmat. Leuit. 20. 13. Pon-
tifex summus uxorem ducere iubetur virginem, siue vt
Hebræus **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** Bibthulei ach, in virginitatibus suis. Et
Deut. 22. 17. & v. 20. Signa virginitatis seu virginitates
vocantur Bethulam, vbi 70. verunt **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** virginita-
tem, & Deut. 22. 15. **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** Iudic. 11. 37. **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**
וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ Plorabo virginitatem meam. Et Esther 2. 3.
Nahara Bethula vertitur a 70. **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** puella
incorrupta. Quibus ex locis manifestum est, Bethulam
virginem proprie significare.

Cum quidam viri docti de muliere vocem interdum
accipiant occasionem ex Ezech. 23. 3. & 8. itemq; Joel. Bethula est
1. 8. habuerunt. Apud Ezechielem legimus **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** iam apud
וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ vbi noster vertit, vbi fracta sunt mammæ puer-
tatis earum. Alii vertunt, mammæ virginitatum earum. A-
go est.
pud Ioel non est Bethula, sed **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** sibi
per virum pueritiam suam. Hoc est vitium cui primo
nupsit. Ex Ezechiele propositum probari potest; fran-
gi enim mammæ virginitatum, est virginitatem eripi, vio-
lari, quod verbum frangendi satis indicat; deinde etiā
qui Prophetæ ait id factum in pueritiis, seu prima pu-
bertate.

Tertium est **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**, quod a Propheta positum est **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**
verbum. Quod simul est ætatis, & puritatis; est enim **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** virgo est
Ghalma neghara Bethula, puella virgo, non adulta, sed iuuen-
culula virgo, vt etiam Rabbi Salomō notauit.
nec simpliciter hoc loco Ghalma, sed Haghalma, illa
certa virgo, a Deo **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** constituta vocatur. Vere i-
gitur monet Hieron. in hunc locum; Et quantum pugno
cum mea memoria, nunquam alma me in muliere nupta legis-
se, sed in ea qua virgo est, & non solum virgo, sed virgo in moris
ætatis, & in annis adolescentiæ. Mihi verb. Hieronymi.
1. c. 18. aduers. Iouinianum apponere visum est. Loqua-
tur Isaia, inquit, loquatur Esaias, spei vestræ fideiq; my-
sterium: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium,
& vocabis nomen eius Emmanuel. Scio Iudæos op-
ponere solere, in Hebræo verbum **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**, non virgi-
nem sonare, sed adolescentulam. Et reuera virgo pro-
prie Bethula appellatur; adolescentula autem vel puell-
la, non Halma dicitur, sed Nahara. Quid est igitur quod **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ**
significat Halma? Absconditam virginem, id est, non
solum virginem, sed eam **וְיָלֶדְהָהָרָהוּיְהוּדָהוּ** quæ non omni
scondita
virgo abscondita est nec ab hominū fortuito sepa-
ta
tāspectu. Deniq; & Rebecca in Genesi ob nūm casti-
tatem,

tatem, & Ecclesiæ typum, quem in sua virginitate fingebat, halma scribitur, non Bethula: sicut manifestum esse poterit ex sermonibus pueri Abraham, quos loquitur in Mesopotamia, & dicit: Domine Deus Domini mei Abraham. Situ dirigis viam meam, per quam ego ingredior, ecce dum stetero super fontem aquæ, virgo quæ egredietur, ut hauriat aquam, & dixerit ad eam: Da mihi paululum aquæ, ut bibam de hydria tua; & responderit & tu bibe, & camelis tuis hauriam. Hæc erit vxor, quam præparauit Dominus filio Domini mei. In eo enim loco, in quo ait: Virgo, quæ egredietur, ut hauriat aquam, in Hebraico scriptum est halma, id est, virgo secreta, & nimia patientia diligentia custodita. Aut certe ostendant mihi, ubi hoc verbo appellentur & nuptæ; & imperitiam confitebatur.

§. 3. Iudæi dum omnia perquirunt, locum inuenire sibi visi sunt, ubi Ghalma vel Alma de corrupta dicatur. Prouerb. 30. 19. Via viri in adolescentula: quod de virgine intelligi posse negant.

Prouerb.
30. 19. explicatus.

Verum tamen quod eo loco habetur בעלמה, quidam vertunt: In adolescentia. Quod si tamen alter sensus teneatur, non erit intelligendum de adolescentula corrupta, ne sit parum verecunda dictio, neue falsa. Nam reuera non erit via viri in adolescentula hoc significatu sicut via aquæ in cælo. Ne tamen etiam, si ista obscenitas exponatur, ideo בעלמה virgine non significabit. Dici enim debet, esse viam viri in adolescentula, hoc est virgine, sed frangentis, ut Ezechiel loquitur, mammas virginitatum eius. De viro igitur amatore, & venereo aliquo nepote, virginem depereunte Salomon loquitur, cuius omnino via ignoratur, dum in amoris rotâ torquetur, dum curis, itis, induciis, cæterisque amantium cruciatibus distrahitur. Amantes enim etsi non infantiunt, sunt tamen stultis non absimiles, & qui leuius agrotant, ineptis. Amor autem negatâ tendens via, in virginem absconditam est ardentior, obuiarum voluptatum fastidiosus.

§. 4. Quidam aliud argumentum ex Chaldaeo textu Libri Rhuth accipiunt, ibi in passim aiunt בעלמה pro puella accipi, cum de Rhuth loquatur, quæ nupta fuit. Ita quidam, qui Lexicon Pagnini magnis commentariis non semper bonis oppleuit.

Verum in hi hoc loco tria occurrunt, quæ pro Christiana veritate contra Iudæas fabulas faciunt. Primo Ghalma non nos loqui de Scripturæ Hebrææ vsu, & vocis Hebrææ est in Libro Rhuth accipiunt, ibi in passim aiunt בעלמה significat. Chaldaeorum; poterunt enim in xiorum significatione vii Chaldaei. Deinde Chaldaea versio recentior est atque dictio, non quæ adeo in multis aberat, non igitur aut hereticæ Scripturæ virgine putare vlllo modo præiudicare debet, sed ad Hebræam normam dirigere versionem Interpretem oportuit, at vero in Hebræo textu toto Libro Rhuth nusquam legitur Ghalma seu Alma. Quinquam si aliquando etiam de Rhuth diceretur, non ideo non significaret virginem. Nam cum Booz c. 2. 5. quærit: cuius est hæc puella? Si videretur voce בעלמה, non ideo de nupta interpretatur, quæ esse tetragaret; iuuenulam enim ignotam, spicas legentem, merito, & more vulgi virginem diceret. Denique, nego Rhuth vocari inquam toto illo Libro בעלמה.

Virgo inter
dum dicitur
tur, quæ esse
putatur.

Rhuth non
dicitur Al-
ma vel
Ghalme-
ra.

Ghulemeta, Thargum enim Ionatha non habet בעלמה, sed Ribba, quod iuuenulam significat, ut in Hebræo est Naghara. Caute igitur credendum est, non uatoribus plus a puella dæo am salac genti credentibus. Fateor Ghullem, de iuvene Booz dici, qui præerat Messioribus; pari quoque modo Ghulemeta, de puellis Booz, verum & adolescentem illum caribem fuisse credo, & puellas illas innuptas & virgines, cum in Hebræo vocatur N'gharoth, quod eratis est quidem, sed credibilis sane ancillis innuptis vsum fuisse, ut fere fieri solet. Nemo sane probat in matri-

monio fuisse. Immotum ergo fixumque manet, בעלמה Virginem duntaxat significare.

§. 5. Alia nobis obiciunt, quæ tamen constitutis hisce facile dissoluntur. Iesus, inquit, non est vocatus Emmanuel, Messias autem vocabitur Emanuel, nomen ergo non conuenit. Hæc argutia si vim habet, non recte vel Ezechia, vel Isaia filio Prophetiam accommodant Iudæi; cum nemo eorum dictus sit Emanuel, nec alius, cui illa quæ de Messia dicuntur conueniant. Duobus modis & optime quidem à nostris respondetur. Primo cum nomen aliquid alicui tribuitur, non esse necesse, ut eo perpetuo vocetur; satis est naturam, officium, munus, virtutemque nomine designatam conuenire. Emanuel, vel Himmanuel, vel Syrus habet Hamanuil, est nobiscum Deus. Quod Christo conuenit, cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Secundo consuetudine loquentium, & Scribentium frequentissime Iesus Christus vocatur Emanuel. Mirum sane id obicere Iudæos aulos, cum quotidie illos Ecclesiæ consuetudo confutaret. Ita respondit Tertullian. l. aduers. Iudæos c. 9. Porro inquit, iste qui venit neg. sub eiusmodi nomine est dictus, neg. re bellica functus. At nos e contrario, ad monendos eos existimamus, uti coherentia quoque, huius capituli recognoscant: subiuncta est enim & interpretatio Emmanuel, Nobiscum Deus, uti non solum sonum nominis expectes, sed & sensum. Sonus enim Hebræicus, quod est Emmanuel, sue gentis est. Sensus autem eius, quod est Deus Nobiscum, ex interpretatione communis est. Quæro ergo an ista vox, Nobiscum Deus, quod est Emmanuel, exinde quo Christus illuxit, agitur in Christo. & puro ex toto non negabis. Nam qui ex Iudaismo credunt Christo, ex quo in eum credunt, Emmanuel cum volent dicere, nobiscum Deum esse significant: atque ita constat, iam venisse illum qui predicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel, venit, id est, Nobiscum Deus. Respondet eodem modo Hieron. in 7. Isa. Quodque sequitur. Et vocabis nomen eius Emmanuel. & Lxx. & tres vel quatuor transulerunt: pro quo in Mattheo scriptum est, vocabunt, quod in Hebræo non habetur. Ergo iste puer, qui nascetur ex virgine, est domus David, nunc à te appelleretur Emmanuel, id est, nobiscum Deus, quia rebus ipsis probabis à duobus inimicis regibus liberata, Deum te habere presentem, & qui postea vocabitur leui, id est, Saluator: eo quod vniuersum hominum genus saluatus sit, nunc à te Emmanuel appellatur vocabulo. Verbum eius Emmanuel: quod omnes interpretati sunt, & vocabis, potest intelligi, & vocabit: quod ipsa scilicet virgo, quæ concipiet & pariet, hoc Christum appellatur sit nomine. In multis testimoniis quæ Euangelista vel Apostoli de Libris veteribus assumpserunt, curiosus attendendum est, non eos verborum ordinem secutos esse, sed sensum. Unde & in presenti loco, pro concipiet in vtero: Matheus posuit in vtero habebit, & pro vocabis, vocabantur.

§. 6. Signū inueniri aiunt alii in eo, quod Butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Hoc nonnulli ad Christum referunt, alii ad Schear Iaschub filium Isaia. Vbi quidem dubitare cogimur, cur puerum dicat comedere butyrum & mel. Deinde multo magis, quid cibis ille faciat ad reprobandum malum, & eligendum bonum. Sensus mihi perspicuus ille videtur, ut nomine mellis & butyri, pacifica, & facilis educatio significetur. Deinde ut particula ut, non casualiter accipiat, sed consecutiuè. Videlicet melle & butyro, cibis commodis educandum, ad id usque tempus, quo possit inter malum, & bonum discernere. Non quod in anima Christi vlla inquam ignorantia fuerit; sed loquitur de eo tempore, quo solet esse illa discretio. Itaque butyrum & mel comedit, donec eam aetatem attingit, quo solent pueri inter malum & bonum distinguere. Qui alio detorqueant, vel ad Ezechiam, vel filium Isaia à vero longissime aberant. Id tamen faciunt Iudæi, ut est apud Euseb. l. 7. de demonstr. Hieron. Epiph. hæret. 30. Nam hoc ipso tempore Ezechias complurium annorum erat;

A haz

VERSUS 25.

Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.

QVÆSTIO I.

An particula Donec ostendat postea cognovisse?

§. 1. **S**VÅ interpretatione id euincere conati sunt, Helvidius, Eubionites, Heluidiani, Iovinianus, Eunomia-
ni, & generatim omnes Antidicomarite. Petulantissimi-
Helvidius virginis inimicus.
nimum hunc in modum loquitur, ut omnino sibi demon-
strasse videatur. Deinde vult, ait Hieronymus, docere,
quod donec siue vsque aduerbia, certum tempus significant, quo
completo fiat id quod vsque ad illud temporis quod prescriptum
est, non fiebat; velut in presenti: & non cognoscebat eam, do-
nec peperit filium. Apparet, inquit, cognitam esse post partum,
cuius cognitionem filii tantum differbat generatio. Et ad hoc
approbandum congerit exempla ex Scripturis quam plurima,
more Andabatatum gladium in tenebris ventilans, & lin-
guæ sonum ad confodienda sui tantum corporis membra con-
currens.

Hoc argumentum ait Hieronymus se Scripturæ au-
thoritate frangere. Donec enim sæpe definitum, sæpe
infinitum esse. Neque enim semper indicat, postea
id futurum, quod esse, vel non esse ad certum termi-
num definitur. Sic Isaiæ 46. vers. 5. *Vsque ad senectam tu-*
ego ipse, & *vsque ad canos ego porrabo.* Nunquid post se-
nectam non ipse? aut post canos non portabit? Sic
Lucæ 22. *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæ-*
culi. Sic 2. Regum 6. vers. 26. Psalm. 109. Deutero-
nom. 39. vers. 6. Psalm. 122. Isaiæ 22. vers. 14. *Sidi-*
mittitur vobis hac inquit as, donec moriamini. Sane post
mortem non remittetur. Matth. 5. capit. vers. deci-
mo octavo. *Donec transeat cælum, & terra, lota vnum,*
aut vnus apex non prateribit a lege donec omnia fiant. Cer-
te post non prateribunt. Idem vsus est verbi Græci
ἕως, & Hebræi ἄχρι. Nec aliud vsus loquentium
exigit: non enim cum vsque ad reditum iubeo ami-
cum valere, volo eundem post reditum meum agro-
tare. Vnum tantum Græcæ dictionis, ἕως ponam ex-
emplum. Matthæi 10. capit. ὃν μὴ πέποιθετε τοὺς πόλεις
& τοὺς οἰκιστὰς αὐτῶν ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώπων καταστραφείη
ἐκ τῆς ὀφείας αὐτῶν, ἕως ἂν ἔλθῃ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Non consumi-
mabitur omnes ciuitates Israel, donec veniat filius hominis.
Sane post eius aduentum non erant consumma-
turi.

Causa cur hac locutione Euangelista vtatur, non
est, ut insinuet postea cognitam. Sed ut simpliciter Iosephum
filium non esse Christum ostendat. Quamvis &
Christum fieri potuerit, ut inuenta fuerit in vtero habens, non esse Iosephum
potuit tamen quispiam suspicari errorem fuisse, vel Iosephi fi-
luspicionem; ipsam vero ex Iosepho concepisse, & filium
Christum Iosephi filium esse, quod fecerunt mul-
ti, contendere. Caluinus rem in medio relinquere
videtur. Nobis hoc vnum sufficit, stultè & perperam ex ver-
bis Euangelistæ colligi quid post Christum natum contigerit? Caluinus
Vocatur primogenitus: sed non alia ratione nisi ut sciamus in virginitate
ex Virgine esse natum. Negatur Iosephum cum ea habuisse do-
tatis Mariæ nec peperit: & hoc quoque ad idem tempus restringitur. quid causa pra-
postea secutum sit non indicat. Talem esse Scripturæ usum scit uariator.
notum est. Et certe nemo vnquam hac de re questionem moue-
bit nisi curiosus: nemo vero pertinaciter insistet nisi contentio-
sus rixator. Omnino non sufficit Ecclesiæ, quæ Helui-
dium, aliosq; damnauit. Nec modò qui pertinaciter virginita-
insistit, contentiosus, rixator est, sed hæreticus. *tu est hære-*

§. 2. Alce-
ricus.

Achaz regnavit annos 16.
Ezechias initio regni sui erat annorum 25.
Initio igitur regni paterni annorum 9.
At vero hæc facta non sunt statim initio regni A-
chaz, sed tertio bello quod Achaz sustinuit, ut minimū
annorum duodecim fuerit Ezechias. Adde vero Eze-
chiam iam adultum fuisse, antequam derelinqueretur
terra a facie duorum Regum suorum. Quod hunc in mo-
dum demonstro. Anno 3. Osee Regis Israhel, regharé
cepit Ezechias Rex Iuda, tum erat viginti quinque; an-
norum 4. Reg. 18. i. 2. erat igitur 22. annorum, cum
Phacee occisus est. & annorum 28. cum Salmanasar
occupavit Samariam. Itaq; falsum omnino est terram
derelictam fuisse antequam puer Ezechias sciret nomi-
nare Patrem & matrem.

Eadē ratio est cur pertinere non possit ad Isaiæ filiū
Isaiæ Schear-ia-schub, hoc est, reliquum conuer-
tur. Id enim filii nomen fuit, vel sane Ischub solum,
ut Schear sic idem, quod relictus, seu reliquus. Hic ve-
ro non nasciturus, sed natus erat; occurrebat enim Re-
gi cum patre, nec de virgine natus, nec ortus eius e-
rat signum.

§. 7. Virginis conceptus, & partus signum non e-
rant, liberationis Achazi, cum post multa secula sub-
secutus sit: Quomodo igitur rei proximæ signum est
res futura?

Responsiones facilius fuerit recensere, quam ali-
cui acquiescere. Alii signum memoratum, non Pro-
pheticon. Alii signum domui David, non Achazo.
Alii signum non datum, sed rem ipsam, quæ tamen in-
mensa benignitas Dei fuerit signum.

Certissime constat Achazo signum datum non ef-
f. nec hanc esse mentem Prophetæ. Signum enim il-
le respiciat; nec Deo causam committere voluit, ut
clarum est ex ante dictis. Dicendum igitur duos esse
hoc loco pueros; Primum, natum Virginis, qui primo
momento nouit reprobare malum, & eligere bonum. Al-
terum vero, qui antequam id agere potuerit, incre-
menta expectatit ætatis. Textus Prophetæ hoc indi-
cat. Et dices ad eum, vide ut sileas: noli timere, & cor tuum
ne formidet a duabus caudis titonium fumigantium istorum in
ira furoris Rasin Regis Syriæ, & filii Romelæ: eo quod consilium
inierit contra te Syria in malum, & Ephraim & filius Romelæ,
dicentes, ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auella-
mus eum ad nos, & ponamus Regem in medio eius filium Ta-
bed. Hæc dicit Dominus Deus, non stabit, & non erit istud: Sed
caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc
sexaginta & quinque anni, Et desinet Ephraim esse populus: &
caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romelæ.
Si non credideritis, non permanebitis.

Cum enim hæc Achaz vana existimaret; non sine
gravi comminatione adiecit Dominus: Si non credide-
ritis, non permanebitis. Deinde signum requirere impe-
tauit: quod cum Rex noller. Prophetæ uero ille de si-
gno summo, quoque salus omnium continebatur. Id
vero ad consolationem eorum, qui expectabant re-
demptionem Israelis: nec enim Achazo signum hoc
offerretur.

Tum vero vers. 16. ad institutum redit, & affirmat,
Regem Samariæ & Regem Syriæ non capturos Iero-
solytam, quod ille meruerat, sed populos eos: mox
in captiuitatem ituros. Quia antequam sciat puer repro-
bare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu
detestaris, a facie duorum Regum suorum.

Mox vero etiam contra domum David vaticina-
tur. vers. 17. *Adducet Dominus super te, & super populum*
tuum, & super domum Patris tui dies, qui non venerunt a die-
bus separationis Ephraim a Iuda, cum Rege Assyriorum.

Mox autem Rasin occisus est ab Rege Assyriorum,
& Phacee ab Osee. Ita ut Achaz inimicorum mortes
spectaret.

Primogeni-
tus est quis
quis primus
nascitur.

§. 2. Alterum Heluidii argumentum est, Christum vocari primogenitum, fratres igitur habuisse, alioqui futurum fuisse vnigenitum.

Hieronymi responsio est. Primogenitum etiam dici qui est vnigenitus; omnem vnigenitum esse primogenitum. Sic enim vocari eum, non modo post quem nati sunt fratres, sed etiam ante quem nullus est natus. Num. 18. 15. tota res definitur. Quicquid primum erumpit è vulua cuncta carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, cuius fuerit: ita

duntaxat, vt pro hominis primogenito precium accipias. Pp. la megenitum autem bouis & ouis non facies redimi. Vocantur ergo primogeniti, בְּרִיכָה בְּרִיכָה omnis apertio vulgæ, ideoque בְּרִיכָה בְּרִיכָה vt primogenita, vel offeruntur, vel redimuntur, non exspectato sequentium ortu. Ita & Christus in templo offertur, tanquam primogenitus. Quin & in Ægypto occisa sunt omnia primogenita, etiam si vnigenita fuerint. Ex quo concludimus hanc etiam obiccionem ex Heluidiana imperitia natam esse.

CAPVT II.

Luc. 2. a. 7.

Mich. 5. a. 2.
Ioan. 7. f. 42.

Pf. 71. b. 10.

Osec. 11. a. 2.

Ier. 31. d. 5.

EM ergo natus esset Iesus in Bethlehẽm Iuda, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, 2. dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. 3. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. 4. Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. 5. At illi dixerunt ei, in Bethlehẽm Iuda: Sic enim scriptum est per Prophetam. 6. Et tu Bethlehẽm terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. 7. Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. 8. & mittens illos in Bethlehẽm, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. 9. Qui cum audissent Regem, abierunt, & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra, ubi erat puer. 10. Videntes autem stellam gausi sunt gaudio magno valde. 11. Et intrantes domum, inuenerunt puerum, cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. 12. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. 13. Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes querat puerum, ad perdendum eum. 14. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum. 15. & erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt impleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum. 16. Tunc Herodes videns quoniam illud esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehẽm, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra secundum tempus, quod exquisierat à Magis. 17. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem. 18. Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. 19. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto. 20. dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri. 21. Qui consurgens, accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israel. 22. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. 23. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareth vocabitur.

IN CAPVT SECVNDVM

ARGVMENTVM.

Christi infantia domi vilis, foris in clarescit.

Argumentum cap. 2.

Natus Emanuel, quamuis diuersorio exclusus inter animalia vilis & inglorius iaceret, maiestatem tamen suam variis indicis effulgere voluit; Angelorum oracula, & cantus audiunt pastores, stella Magos ex Oriente ducit, cubæ vagientis Herodem exterruit, tota Ierosolyma rumore Messia nati conturbatur. Rex impius successori mortem intentat, non modo ingenti, sed inaudito scelere infantes trucidat, vt tot rebus Iudæorum Deus torporem excuteret, & fidem nostram firmaret. Magorum aduentum, acta cum Herode, adorationem Domini, abitum, Herodis elusi furias, fugam in Ægyptum Mathæus describit. Sunt quidem hoc loco variaz quæstiones, sed quaram in vtramque partem est libera definitio. Ideo paucioribus rem vniuersam comprehendam, paucis, quæ aduersum hæreses & mores faciunt expõitis. A principio vsque ad Versum 13. legitur in Syra Ecclesiæ; מִלְּבָרַת וְרִבְרִיטָא ad vespæram natalitiorum.

Hinc ad Versum 19. Ad matrinam cædis infantum. Atque inde eadem die ad oblationem cædis infantum. Hoc est enim קֹרְבָּא Koreba.

VERSVS